

Res Danorum cum Episcopo Revaliensi  
 fuit compositionem super Decimis in Estonia. 118

In nomine Dei gratia Danorum Slavorumque  
 rex omnibus hoc scriptum cernentibus in domi-  
 no salutem. Universitati vestre terrore presentia  
 constare volumus evidenter. Quod nos cum con-  
 sensu hominum nostrorum in partibus Esthoniae  
 commemorantium cum venerabili domino Tor-  
 chillo episcopo Revaliensi, talem fecimus com-  
 positionem. Quod idem episcopus singulis annis  
 donec ad Esthoniam per Dei gratiam venerimus,  
 percipere debeat sine exceptione qualibet, de viginti  
 uncis duo talenta ponderata unum de siligine,  
 & alterum de hordeo, & tam de omnibus liberis bo-  
 nis nostris, quam de ceteris in partibus Estho-  
 niae infeudatis. Et sicut Esthones ferunt decimas  
 ad mandatum dominorum suorum, sic pars epi-  
 scopi, ei in Revaliam deferatur. Memoratus autem  
 Episcopus huic compositioni consensiens promi-  
 sit, quod tam in procurationibus, quam in causis  
 omnibus spiritualibus, usque ad nostrum adven-  
 tum nihil amplius petere debeat vel facere erga  
 suos subditos quam iuxta morem & consuetu-  
 dinem quam habet dominus Hermannus

episcopus Torpatensis. Quia huic compositioni  
non interfuerunt quidam nobis infeudati, praei-  
pimus tam illis, quam omnibus aliis, infeu-  
datis quatenus compositionem hanc ratam  
habeant & inuolabiliter obseruent.